

649

verendo Domino Gottardo Helwigio Viro pia memoria, Laboris primarii partes obiret, quas et
felicissime obire ac sustinuit ad extremum usque sua vita saltem. Quis ergo de te mecum non excla-
maret! O Virum vere suo Deo dilectum, imo dilectissimum, in quo tot tantae emicaverunt virtutes, ut per-
easdem idem hominibus vere dilectus esset! Vos, Vos A. V. paucis nunc accipite, posteaquam cum conpro-
ris, tum animae Bona accepistis, Bona, quae in D. nostro Vecbnero videnda restant, Fortuna. Superaddidit
utiq' Optimus Deus adhaec ornamenta alia eidem in Pyramidis nea Symbolica latere secundo vestris
Auditoribus Spectanda oculis. In hoc triplex est conjugium, quo per vitam suam o maxime noster
tranquille usus. Et et in eisdem Bonis Fortuna scita proles cum Masculini, tum Feminini Generis, qua
Opt: Deus ipsum noviter fecerat Parentem. Sunt et in totidem Bonis Fortuna officia, eaq' satis Honori-
fica, quae O Gorticii & alibi locorum, per longum temporis tractum laudabiliter est functus. Sed ma-
lo talia et alia omnia, quae ad Fortuna Bona pertinent, silentio tegere, quam multo verborum pla-
lovis errare, praecipue ubi in latere testis D. noster Vecbnerus, ut Spartas suas et iuxta conscri-
entiam propriam et iuxta Verbi divini normam admisisse, exhibendus nunc venit. Quare surge
nunc quisquis es Conditorum in hoc splendido confesso, surge & dicito ipse, quid sentias: An non
omnes res suas placide in Domino defunctus Vecbnerus circumspecte egerit et carere? Egit utiq'
egit caute: De siquidem velut Argus Laoptes omnia circum spiciebat, et animo bene perpendebat,
qua administranda. Sparta utriq' honestamento et emolumento, vel de honestamento et detrimento esse
futura providebat. Quinimo providentissime adminicula conquirebat, quibus ea, quae sibi, quae
Ecclesiae decus aliquo et commodum pollicebantur facilius procurarentur, nec non dedecus quoddam
ac incommodum minitantia averterentur. Iterum surge, quisquis es Conditorum, et ipse iudica,
an non et pie o maxime res suas egerit? mihi omnino car pie esse videtur. Cura siquidem
et sibi et Ecclesiae in ipso semper vere pia deprehendebatur. Quid quod et ipse pius, irreprehen-
sibilis, temperans, ad docendum alios aptus, nec rixosus esset, quae requisita in Ecclesia Ministro ipse
Gentium Doctor Laulus erigit. Idem in super in correctionibus suis non nisi ea pie proponebat, quae ad
doctrinam, ad reprobationem, ad correctionem, ad institutionem, ad consolationem facere ipsi videbantur.
Sacramenta item iuxta servatoris Anglorum institutionem pie administrabat, ut essent O Gregorius
et Sacerdotibus piis: ut summam dicam, pie volebat omnia in Ecclesia fieri et hypo-
vior xai eo laudis, ceu alter Laulus. Surge nunc iterum quisquis es, modo cordatus sis, et
dicito, an non D. vir res suas egerit, amice et iuxta suam cuiq' tribuendo. Tribuebat is sibi p-
ioribus Reverentiam, fidem et observantiam: tribuebat Collegis honorem et amorem mutuum, nec ul-
la quidem occasione concedebat, ut vinculum furiali tyrannide amiciciae collegialis dissolvere.
Nondum finis est, denuo surge, quisquis es Conditorum Virorum, et mihi dicito, an non beate item
defunctus res suas egerit animosissime? Egit utiq'. De siquidem moles officii sui gerini vel Aethra
graviolem nigerterrito animo suscipiebat ac sustinebat, nullas vitae et officii molestias reformi-
dans, sed devoto spiritu iidem obvia potius procedens. Surge porro o vir cordate, et iudica, an
non Opt: Vir res suas egerit patientissime? Ego equidem sic sentio. De siquidem Exilium et si qua
alia